

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De  
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,  
Commentariorum Libri LVIII**

**Valeriano, Pierio**

**[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678**

Spes.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14259**

## VICTORIA. CAP. XII.

**A**N vero ea de causa victoria hieroglyphicum per oleam indicari nonnulli prodiderint, quod ex  
raretur, in ambiguo est: dubio procul enim Olympionice oleastro coronabantur, ut Aristoteles,<sup>Plin. lib. 15.  
t. 14.</sup> & specie, que quidem ea de causa <sup>gloriæ et pietatis</sup> appellatur: folia enim coronis hujusmodi dedicata, Athenis  
contrario quodam modo habent cum reliquis foliis; alia siquidem quod albicat interius claudunt, queque, i-  
viore fornicatus patefacto: hac vero intra se quod viride est insinuant, quod candidum habent foras  
speciandi exponunt. Ajunt vero Herculem Pæoneum, Epimedem, Jasiumq; & Idam fratres, ex Ida  
Cretensi in Elidem delatos, ibiq; Herculem, qui natu maximus erat, reliquis certamen fratrib. pro-  
positissime, victoremq; oleastro coronasse, quam plantam ipse ex Hyperboreis regionibus in Graciam  
detulisset: cuius rei memini Pausanias Olympia. Et apud Pindarum legas cum ex oleastro lucum  
levisse, quem victoribus dedicari. Nam & Aristander & Alexandri Magni vates oleum victoriae, sed  
laboris, signum esse interpretatis est. Cum n. Rex ad Oxum flumen applicatus in Sogdianos mo-  
rens, calix positis non procul ab ejus tibernaculo gemini fontes repente exorti, alter aqua, alter o-  
leo fluere. Consultis vatisbus, Aristander respondit, olei fontem, laborem quidem, sed & victoriam  
promittere: unguntur enim athletæ, & olea victores coronantur. Unde in antiquorum memoris  
nominis legas oleum, ut Reate, T. Fundilius Gemilius &c. Augustalis H.S. xx. dedit,  
ut redditu ejus summe, die natali suo 1111. Kal. Febr. presentes vescentur, & ob dedicationem sta-  
tutus decurionibus & seviris, & juvenibus sportulas, & populo epulum, & oleum eadem die dedit: o-  
leum nimis ad gymnicam certamina que funeralibus celebrari consuerunt. Neq; vero prætereun-  
dum Panathenæcis, que in Palladis gratia celebrabantur, olei vas plenum victoribus dari solitum  
quod olivum invenerit Minerva: quamvis non desint, qui oleam inventam à Mercurio tradant, non  
à Pallade. Sed enim cur oleæ ramus in Mercurii manu ponetur, superius exposuimus. Sane qui-  
dem non ignoramus ministros triumphantium oleagineis coronis uti solitos in honorem Minervæ,  
que bulli dea parabatur, & hinc illi Bellona nomen. Unde illud apud Maronem, Praes Tritonta <sup>Eneid. l. 11</sup>  
Cœli. Xerxes tamen se felicit in omnium, quo sibi visus est coronam oleagineam gestare, ex arbore, <sup>Xerxes so-</sup>  
que ramis terra tota occuparetur, quod eum maxime impulit, ut tanto belli apparatu in Graciam  
capiceret, ubi postmodum magna victus clade, turpissimam fugam arripuit.

## PIN GUE DO. CAP. XIII.

**S**ACRA nostrorum litera ubertatem interdum per hieroglyphicum olea acceperunt: nam eam <sup>Iudic. c. 9.</sup>  
pinguidinis & leriæ cujusdam ubertatis signum esse ex eo perspicit, quod libro Judicum cum  
alioribus arboribus olea ad imperium accerteretur, respondit ea, nolle se pinguedinem suam dere-  
linquere, que usui & Diis & hominibus haberetur. Apud Horatium, lecta de pinguisimis oliva ra-<sup>Horat. l. 3.  
Carm. Ode</sup>  
nis atborum, habetur.

## HILARITAS. CAP. XIV.

**E**T prohilaritate oleum ponit in istud Divinis literis inveniatur Psalm. xcii. *Seneclitus mea in o-* <sup>Mysticus o-</sup>  
*lio pingui*, ubi interpres per oleum hilaritatem exponunt, citantq; ex alio Psalm. nempe 104. <sup>les jesus.</sup>  
locum, ut exhibaret faciem in oleo. In istud Divinis literis invenitur cibus panis non fermentati, col-  
lyridoneque oleo consperfum, & obuncorum oleo lagorum: per qua, ut Hierosolymitanus He-  
sychius interpretatur, Apostolorum doctrina, legis eloquium & mystica Prophetarum verba intel-  
liguntur. Obuncti Propheta, quia res non ita liquido, neque tam opulentiter explicere. Conspersæ  
collyrides quia passim doctrina Christi, legis utitur testimonii: de Christo enim Moses locutus  
est. Panes vero nulli non adjiciuntur obsonio, plenissimeque hominem pascunt, magisque omnino  
nutriunt, veluti Apostolorum traditiones, que eadem & Christi documenta sunt, in omni vita teno-  
re coloreq; usui veniunt, & opulentissime sufficiunt.

## S P E S. CAP. XV.

**E**st & speci simulacrum olea propter continuum viriditatem: nam nostro etiam tempore Viorem <sup>Hinc genua  
virent apud</sup>  
multi pro Specie ponunt. Hinc similes nos esse olea Basilissus capret, quo gravidæ refertique fructi-<sup>Horat. pro</sup>  
bus,

*Inventus ad  
lue pisi  
pleno.*

bus, numquam spe denudaremur. & quia miserationis etiam indicium eam esse ostendimus, omni, ut idem inquit, tempore misericordie munus exercentes, fœcunditatis ac ubertatis ejus, que semper uberrima est, amulie evademus. Quod verò proditum est Jovem olea coronari iolitum, id eadē causā factum Phurnutus putat, quod in ea viriditatis perennitatem & pinguedinem anima duerterantur. Deum omnium bonorum authorem, fœcundissima utilissimaq; omnium arbore insigniri placet. Alii dicunt propter glaucinēm, quæ sit cælo propemodum similis: nam & id ad historiam addunt, ut à Pallade, quæ Glaukopis dicitur, producta credatur, de qua quidem fabellam ex Marco Varro recitat non pigeat. Enata forte in Athenarum arce oliva arbore, sed & quartum scaturigine more manante, Cecropem per id temporis Regem, animo ad hanc prodigia obnoxio. Sane quam extimū, & nefutarum forte calamitatum hanc portentafotent prænuncia, sciscitatum Apollinis oraculum missos certos homines, qui & ostentaculam perquirerent, & averruncandæ Deorum iræ, si quid illi minitarentur ostento, rationem discerent. Legatis vero post sciscitationem respondisse Pythiam, jussisseq; interim illis bono essent animo, neque enim ostentum hominum malo aliquo factum, sed deorum duorum contentionē certantium inter se, uter corum Atheneis imponendi nominis author esse debeat, per oleam enim Minervam, per undam Neptunum significari, & quæ sequuntur ad hoc pleraq; alia, quæ de industria missa facio. Porro de deorum concilio, ut apud Ovidium est, plerique nomes tradidere, deere vides eos, ut is imponendi nominis author esset, qui rem humano generi utiliter protulisset. Oliva quidem quantas habeat utilitates nemo non novit. Unde vero quanto sit mortalibus usui, loco suo declaratum à nobis est. Sed enim oleam ideo prælatam ajunt, pronuntiante pro Pallade, quia arbor ea pacis indicium haberetur. Pacem vero bonorum omnium opulentiam & ubertatem secum afferre, parentes nostri forsitan experimento cognovere. Nos ita univerſa per tot annos affiduo continentique bello afflicta, vix ejus felicitatis tamam, ut dicit Himerus, audivimus.

## FRUGALITAS. CAP. XVI.

*D. Laert. in  
Diogene.  
Cynics.  
Minerva  
cur detin  
olea.*

VAMVIS autem tanta sit lata pinguedine, est tamen & frugalitatis indicium oliva, de qua spacio, ejusmodi baccas apud veteres parfumaria causa appositas, & à Platone lauto etiam con-  
vio, deliciis contemptis, elatas. Eodemq; constat in convilio quo dam oleisve centrum, tristum C  
Diogene, qui dixerit. *Sic prandies, non ita canares: qui scilicet sentiret, non esse id frugalitatis, sed  
stomachilauto prandio gravati.* Quod vero pertinet ad Minervam, quæ innupta quæ virginis perhibetur, merito eo sibi oleam asciscit, cum puritate pudicitiaque non minus olea quam Minerva delectetur. Græci enim, ut Rutilius Taurus ait, jubent olivam, cum plantatur & legitur, à mundi paucis itaque virginibus operandum, credo, inquit, recordati, arborihuius esse præsidem castissimum Florentinus quoq; libro *Dererustica*, adeo puram esse oleam tradit, ut collectores eti: in non nisi puroz met, qui cum ad olivationem accedunt, jurant se non aliunde quam ab uxore sua veniente ut anno in sequenti ubiorem prouentum exhibeant. Præcipue vero ajunt Anazarbi, quæ Celicæ est civitas, oleas esse fœcundissimas, quoniam à castissimmodo pueris colantur. Sed neq; illad dissimilandum, tametsi ridiculum, quod apud authores Græcos, quin nihil non ausi sunt mandare literis, invenias, amuletum præsentanem ad capitis dolorem esse si olea folio. Minervæ nomine, aœsis scilicet, inscribat, ipsumque folium filo religetur ad caput in coronæ modum.

## DEVITE. CAP. XVII.

OFFERT vero se post oleam Vitis, neq; minoris ipsa utilitatis, ut non intracerito multis & his infi-  
gnibus atque præclaris sit hieroglyphicis decorata.

## LÆTITIA. CAP. XVIII.

VORVM illud præcipuum & omnium præconio celebratum, ut per eam latititia intelligatur: id non Aegypti tantum, verum & Philosophi & Poëtae Latini Graecæ omnes eodem admiserunt consensu. Sed ut plurima super hoc à Platone & ab Homero dicta, dissimilem, nonne Divina etiam littera